

D E C O D U C E  
M E D I T A T I O S . T E X T U S ,  
**D I E I S I M O N I S E T**  
**J U D Æ A P O S T O L O R U M .**  
**A d d i t i s S . P a t r u m d i c t i s , Q u æ s t i o ,**

numq; aliquot decisione, ad uberiorem textūs, cum o-  
pus est, explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

Q U A M  
*In Regia Aboënsi Academia,*

P R Ä S I D E

**D N . Æ S C H I L L O P E T R Æ O ,**

S . S . Theol . Doct . Profess . & Civitatis ejusdem Pastore :

*Examini subjicit, in Auditorio Majori, horis solitis*  
*Ad diem 21. Maji, Anni 1653.*

**J O H A N N E S J O H A N N I S T U D E R U S**

*Hieron. in hunc locum .*

Non est contrarius locus iste ei præcepto quod postea dicitur. Euntes docete omnes  
gentes, baptizantes eos, in nomine patris, Filii & Spiritus sancti.

*Anselmus in Matth.*

Bis misit Dominus Apostolos suos ad prædicandum. Hic videlicet ad Iudeos, quibus  
debuit prius offerti prædicatione, quia eis fides erat premissa, ut cum illi repas-  
diarent eam, Apostoli se ad gentes transferrent. 2. ad Gentes quibus dictum  
est, ite, prædicate Evangelium omni creatura.

**A B O Æ ,**

*Excusa Typis Acad. apud Viduam Petri Wald. An. 1653*

Clarissimo, Reverendis, doctrinâ & humanitate  
Viris Cluentibus,

D. M. Johanni Thornæo, Utri-  
usq[ue] tam Svecicæ, quam Finnicæ Ecclesiæ, in Civi-  
tate Torneoeensi Pastori meritissimo.

Dn. Svenoni Torchilli, districtus  
Raseburgensis præposito, & pastori in Læsø graviſſ:

Dn. Jacobo H. Brennero, Pasto-  
ri in Kroneby, & per viciniam ejus præposito atten-  
tissimo.

Dn. Johanni J. Somero, Eccle-  
siæ Dei quæ in Remi colligitur, Pastori fidelissimo, Patri suo  
Charissimo, filialis observantie cultu æternuta suspiciendo.

Dn. Samueli Josephi Limmin-  
gio, Pastori quoensium dignissimo,

Dn. Laurentio J. Limmingio,  
Pastori in Limmingåa vigilantissimo.

Mecenatibus, Promotoribus, Fautoribus & Benefactoribus  
Suis ut certissimis, ita calido obsequij zelô etatem prosequen-  
dis, Sacrum hoc exercitium Academicum in debite subjectio-  
nis, observantie, & gratitudinis indicium certissimum, lita-  
tum dicatumq[ue] cupit & offert.

JOHANNIS J. TUDERUS Respondens.

M E D I T A T I O T E X T U S :  
D I E I S I M O N I S E T J U D Æ .

In Sanctæ & Summæ Laudanda Trinitatis, Patris, &c.,  
& Spiritus Sancti nomine.

**R**ogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundanter diligentibus te. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turrib' tuis. Propter fratres meos, & propinquos meos loquebar pacem de te. Propter domū Dñi Dei nostri quæ sibi bona tibi. Psal. 122. v. 6. 7. 8. 9. Quibus verbis Psalmista hortatur populum Judæum, ut sancta precetur Hierusalem, ac dicat, bene sit diligentibus te, sit pax intra muros tuos, & prosperitas in palatijs tuis. Docet his verbis, quod sit orandum pro Ecclesia Dei, pro successu prospero verbi Dei, & vocationis hominum ad æternam salutem. Ne Sathan cum suis infernalibus portis & protestatibus impedit Ecclesiam tranquillitatem per bella, seditiones & tumultus, per pseudodoctores, hereticos, Zizania in agrum Domini Seminantes. Et quamvis in genere videtur Psalmista alloqui promiscue omnes in Ecclesia, ut pro communi felicitate Ecclesiam orent, tamen videtur peculiariter dirigere Sermonem ad Ecclesiam Dei ministros, ut pro Ecclesijs suis orent Deum, ut bene sit eis, ut floreant, ut illius hostes desipentur, ut bene sit omnibus qui segregant se à malis & adficiant se veræ Ecclesiæ. Id quod etiam David monere vult cù dicit: Bene sit illis qui te diligunt. Illi itaq; sunt veri

& Synceri ministri Ecclesiæ, qui non cessant orare Deū, ut gratiam concedat, quā omnia feliciter Succedant in Ecclesia & labor ministrorum & auditorum non sit vanus in Domino. 1. Corint. 15. Hujusmodi pij precatores pro Ecclesia fuerunt Simon & Judas. Quorum duorum Apostolorum festum Ecclesia Christi celebrat, nō ut eos pro mediatoribus habeat, sufficit unus mediator Deus & homo Christus Jesus, sed potius ita celebrat & horum & aliorum Sanctorum Festum, ut ob oculos posnamus eorum pietatem, fidem & constantiam ac perseverantium in fide usq; ad finem vitæ: Atque ut ei gratias agamus quod tales doctores iu Mundum emiserit ad prædicandum Evangelium omni creaturæ, ut innocentceret mundo Deum sic dilexisse mundum ut unigenitum filium suum dederit, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Admonemus igitur Tertiij præcepti in hoc Evangelio, de necessitate piorum & Syncerorum ministrorum verbi: Et quam necessarium sit ut auditores semper orent Deum, ut servet verbum suum, frangat vires hostium, qui J E S U M Christum filium suum de throno deturbare volunt, excitamus ad orandum Sanctificetur nōmē tuum..

O Remus igitur D E U M, ut hodiernum Festum ita celeb rare, Evangeliumq; ita meditari queamus, ut cedat in nominis Divini gloriam, nobis in augmentum & incrementum doceat nra, & bonorum operum, in spem & fiduciam, & tandem in æternam beatitudinem: Dicamus igitur, Pater noster &c.

E V A N G. Matth. 10. v. 5.

H Os duodecim misit Jesus præcipiens eis; In viam gentium ne abiatis, & in civitates Samaritanorum ne

ne intraveritis. Sed potius ite ad oves perditas domus Israel. Euntes autem prædicate dicentes: Appropinquabit Regnum cœlorū, infirmos curate, morbos suscitate, Leprosos mundate, Damones ejcite gratis accepistis gratis etiam date. Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in Zonis vestris. Non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamentum neq; virgam, dignus est enim operarius cibo suo. In quancunq; autem civitatem aut castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit: Et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum Salutem eam, dicentes: Pax huic domui, Es si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra supra eam si vero non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. Et quicunq; non receperit vos, neq; audierit sermones vestros, excentes foras de domo vel civitate illa, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhaeorum in die judicij quam illi civitati,

**H**istoriam missionis Discipulorū Christi ante ejus passionē describit Evāgelistā in hoc capite. Sic enim Evangelista orditū hoc caput: & vocavit ad se Jesus duodecim discipulos suos, & dedit eis potestatē adversus spiritus immundos, ejiciendi eos: Et sanandi omnia in morbum. Recenset etiam eorum nomina, quorum ultimo loco nominatur Simon, cui cognomen casinæus, & Judas non Ilcariotes, sed qui cognomen ha-

buit Lebbæus & Taddæus, qui Judas interrogavit Christum an ne vellet se manifestare mundo, Joh. 14. v. 22. Hos duodecim inquit Evangelista misit Jesus cum mandato tali: Nolite ingredi viam gentium, neq; Samaritanorum civitates, Sed ite potius ad oves perditas domus Israel: Ite & prædicate dicentes: Appropinquat Regnum cælorum, Sanate ægrotos, mündate leprosos, excitate mortuos, ejejite dæmonia, accepistis gratis, date in gratis prohibet habere aurum & argentum & pecuniam in loculis suis, peram, duas tunicas, calceos & baculum, siquidem dignus est operarius cibo suo. Iubet inquireri de dignitate eorum, apud quos hospitium petituri simus, ad hæc vult ut domesticorū in hospitio præmittat salutationem, qui eos recipiunt, si modo digni sunt qui sanitantur & ipsos audiant. Quod si indigni deprehenduntur, iubet ut Di'cipuli excutiant pulverem de pedibus suis, & exeat ex ea civitate. Minatur autem Christus ingratis istis auditoribus gravius exitium Sodomiarū & Gomorrah exitio. Admonetur Terribiliter preceptum de conservatione ministerij & prædicacione Evangelii. Agnoscendum pro magno beneficio quod Deus concesserit nobis occasionem Sanctificandi Sabbathum, prædicandi & audiendi ejus verbum. Deus enim est qui mitit fideles operarios in messem suam, fideles doctores in suam Ecclesiam, confirmatur Articulus fidei Secundus de Christi vera divinitate. Excitatur ad orandum  
Adveniat Regnum tuum.

P A R T E S:

1. De discipulorum prædicacione Et quonodo illi recte officio fungentur.

**2.** De decenti & honesta conversatione, cum au-  
ditoribus suis.

Atq; haec sunt istae partes, quas hac vice breviter & sim-  
pliciter tractare constituumus: Omnipotens & aeternus  
Deus, Pater noster cœlestis dilectissimus, nobis omnibus benedi-  
cens, cunctis utiliter & fructuose cedere faciat.

**P R I M A P A R S.**

In qua meditamur:

**I. Discipulorum ad prædican-**  
dum missionem, à quo illa facie sit. Mittit disci-  
pulos duodecim ad prædicandum, & inter hos Simo-  
nem & Judam, quorum memoriam hodie celebramus.  
id S. Matth, indicat dicens: Jesus misit duodecim & præ-  
cepit eis &c. ex horum duodecim numero hi ambo fue-  
runt. Addit Evangelista authorem missionis discipu-  
lorum, ut conciliet huic missione authoritatem & re-  
spectum, quod non missi sint ab aliquo Phariseo, Jo-  
hanne Baptista aut alio S. homine, qui solum homo  
erat, sed ab illo homine qui verus Deus & homo est:  
Talis homo qui verè dicere potest, mihi data est omnis  
potestas in cœlo & in terra: ille qui dicere potest, nemo  
ascendit in cœlum nisi qui descendit, filius hominis,  
qui est in cœlis. Ille qui dicere potest, discipulis, acci-  
pite S. S Quorūcunq; remiseritis peccata remittuntur eis  
quorūcunq; tetinueritis retentū sūt: Quicquid ligaveritis in  
terra erit ligatum in cœlis, & quicquid solveritis in ter-  
ra erit solutum in cœlis. Ille qui dicere potest sicut  
pater me misit: ita ego mitto vos, qui vos audit me audis.

L. C.

L. C. Ministerium verbi non est ab homine primum, neq; pèr hominem, sed per Deum introductum, ideoq; magni estimandum. Veniunt ministri verbi ad nos missi, à Christo, Domino Dominorum & Rege Regum, cui omnis potestas data in cœlo & in terra, prædicant verbum Dei, invitant ad nuptias cœlestes, adferunt ipsius Christi verbum non humanas rationes vel traditiones, sed eloquia Dei. Tales Doctores ante Christum fuerunt in V. T. S. patriarchæ, Moses Aaron, reliquiq; prophetæ. In N. T. Christus, Iohannes Bapt. Apostoli & illorum Successores in hunc usq; diem. Qui quamvis mediatè ad nos mittuntur, sc. per homines, tamen illorum vocatio est divina. De illa verum est illud Christi, qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. Non itaq; contemnamus ministros, sed honore eos & gratitudine prosequamur.

II. Christi præceptum ad discipulos ait ut prædicent, præcepit eis. S. Matthæus ac dixit: Necatis in viam gentium, neq; civitates Samaritanorum: Sed potius ad oves perditas domus Israel. His verbis triumpolorum mentionem facit. *Primus* est gentiam, *Alter* est Samaritanorum. *Tertius* est Israëlitarum. Gentium habitacionem & Regionem vocat viam, Samaritanorum vocat Civitatem, Israëlitarum vocat domum, vocat etiam pos-  
pu-

pulum justum oves perditas. Quare autem Christus ante suam passionem noluerit discipulos ire ad duos hos populos, Gentes & Samaritas, indicat Christus ipse Matth. 15. Cum mulieri respondens dixit! Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israël.

L. C. Quare Deus maturius vel tardius voluerit prædicari verbum suum apud diversas gentes popu'os & lingvas nostrum non est inquirere. Non dubitemus vero quin habuerit rationes & quidem gravissimas quas quia non revelarit, tamen claræ & perspicua, frustra de illis sumus solliciti. Hoc vero sufficit scire & credere: Deum unicè velle, ut omnes ad æternam salutem vocentur, & veniant quoq; id quod testantur varia scripturæ exempla, prædications verbi Dei in mundo, Christi parabolæ, cum primis de Regijs nuptijs & magna cœna, vocantur Judæi vocantur gentes, vocati & parentes, vocationem suscipientes recipiuntur in cœlestes nuptias, contemptores vero vocationis excluduntur, & graviter puniuntur, tempora libus & æternis pænis. Hypocritæ ob Ipso Regem inspectore convivarum ob non induitam vestem nuptiale ejeiuntur, ligatis pedibus & manibus in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium, ubi addit Christus multi sunt vocati pauci vero electi.

### III. Conciones discipulorum

euntium ad prædicandum, materia live quid prædicare debuerint, Hoc exponit Evang. Matthæus dicens: Misit duodecim ac jussit eos. Ne eatis in vias Gentium & civitates Samaritanorum, sed ite potius ad oves perditas domus Israël. Itc prædicate & dicite, appropinquabit Regnum cœlorum. Hoc est promis-

sus mundi Messias jam venit in mundum, jam est in mundo, & exhibitus est, non est aliis exspectandus, ille nos misit ad vos ut hoc vobis enunciaremus, & ut credatis in eum, quod propter ejus meritum & mortem heredes sitis Regni cœlestis gloriae. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium, suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Non enim venit in Mundum filius Dei ut condemnaret mundum, sed ut servaretur mundus per eum, quicunq; crediderit in eum non judicabitur, sed qui non crediderit jam iudicatus est, quia non Credidit in nomen unigeniti filij Dei. Et hec est iudicium quod lux venit in Mundum & homines dilexerunt magis tenebras quam lucem, quia opera eorum omnia erant mala. Joh. 3. Ita concionatur Apostolus Petrus Act. 2. v. 14. Debebant Discipuli prædicare quod nox sit præter gressa, dies vero appropinquabit, proprius vobis est Salus. Rom. 13. Surgite qui dormitis, credite Christo qui est in medio vestrum, is est via veritas & vita.

L. C. Refutandi Spolidè increduli Judæi negantes Christum venisse in mundum, exspectantes adhuc venturum, attendendum quid hic dicit Discipulis, concionatur eis appropinquare Regnum cœlorum. b. e. Evangelij concio. Venit in mundum ille qui est creator Regni cœlorum, est ita dictum ab æterno. Ubi itaq; admonemur Christum venisse, illuc Scimus prædicatum est appropinquatio Regni cœlorum. Cum itaq; in nostris Ecclesijs prædicatur Christi præsentia, scimus prædicari cœlestis Beatitudinis appropinquationem, prope est & Salus & vita æterna, unde Apostolus dicit: Christus mihi vita est, mors lacrum. Phillipens, i.

# IV. Confirmatio doctrinæ de

adventu Messiae in mundum. Hoc modo indicat Christus dicens: Sanate ægrotos, mundate leprosos, excitate mortuos, ejicite dæmonia, gratis accepistis gratis etiam date. Miraculis vult C H R I S T U S discipulos stabilire doctrinam, sive persuadere auditoribus Messiam verum advenisse. Sicut Prophetæ yaticinati sunt, præsertim Esaias e. 35. Lætabitur deserta & invia siticulosa, & exultabit solitudo & florebit quasi lily, germinans germinabit & exultabit lætabunda & jubilans: Gloria Dei data est ei, decor Carmeli & Saron: Ipsi videbunt gloriani Domini & deoorem Dei nostri, confortate manus dissolutas & genua debilia roborate, dicite pusillanimis: Confortamini & nolite timere, ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, ultior veniet, retribuens Dominus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc salier, sicut cervus claudus, & aperta erit, jubilabit lingua mutorum: Quia scissæ sunt, erumpent autem in deserto aquæ & torrentes in solitudine. Et quæ erat arida erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, originatur viror calami & junci, & erit ibi semita & via, & via Sancta vocabitur: Non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, & illis qui ambulant per viam ne stulti errant per eam. Non erit ibi Leo, & bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi: Et ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti à Domino convertentur & venient in Sion cum jubilatione, & letitia sempiterna super caput eorum: Gaudium & lætitiam

tiam obtinebunt ac fugiet dolor & gemitus. Sic vos  
luit Christus respondere discipulis Johanni quærentibus  
esta qui venturus es? An alium expectemus? Respon-  
dit, ite & dicite Johanni quæ auditis & videtis?

L. C. Miracula in primitiva Ecclesia siebant ne-  
cessariò propter publicam Evangelij doctrinam, sic Mo-  
ses miracula fecit coram Pharaone. Exod. 8. Pet  
totum caput.

## PARS SECUNDA.

**I**N priori parte actum de vera discipulorum pra-  
dicatione ac eorum officij recta functione: Poste-  
rior autem pars hujus textus circa eorum cum audito-  
ribus conversationem versatur.

In quâ meditamus:

## I. Sustentationem discipulo-

rum, ab auditoribus esse tandem. Nolite inquit Christus  
possidere aurum neq; argentum, neq; pecuniam in locu-  
lis vestris, neq; peram, non duas tunicas, non calceos.  
nec baculum, nam operarius dignus est cibo suo. Chri-  
stus discipulis ad concionandum ituris curam omnem de  
victu & amictu prohibet, negat ferre secum aurum & ar-  
gentum, pecuniam, duas tunicas, calceos & baculum, vel  
cujuscumq; generis sit quod ad sustentationem pertineat;  
Taliū enim inquit, ab auditorib⁹ omnino necessarium  
vobis, itaq; non sit vobis cura ullum horum habere.

L. C. i. Min⁹ tri verbi jure divino i. suis auditoribus in  
V. T. liberalissime sostentabantur ceu <sup>3</sup> Ingelus in lib. Mo-  
sis ostendit. Temporibus Prophatarum audita est territa  
vox in dāids decimus & alijs ad sustentationē Match. 3 v. 2.

Et

Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabiteos quasi aurum. & quasi argentum & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi & sicut anni antiqui. & accedam ad vos in iudicio & ero testis velox malificis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas & pupilos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus & non mutor. Et vos filij Jacob non estis consumpti. A diebus n. patrum vestrorum recessistis a legitimis meis, & non custodistis. Revertimi ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus exercituum, & dixistis: In quo revertemur? Si affliget homo Deum quia vos configitis me; Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitijs. Et in penuria vos maledicti estis & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: Si non aperuero vobis cataractas coeli, & effudero vobis benedictionem usq; ad abundantiam. Et increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terrae vestrae: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes Gentes: Eritis n. vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum. In N. T. Generalem admonitionem de sustentatione ministrorum verbi instituit Christus quando dixit ad discipulos suos, ne sitis solliciti de auro & argento, pecunia, pera, tunica, calceis, baculis cinguis est n. (inquit) operarius mercede sua. Luc. cap. 10. Refert: Christum mentionem fecisse mercedis, dignum dixerat operarium esse mercede sua. ¶ Ch. iiii. utramq; intelligit & cibum & mercedem. Quam de promis ex V. T. & intelligit quemlibet operarium, quod vz. ei non sit merces ne

ganda, Lev. 19. v. 13. Deut 24. Apostoli quoq; in hoc Generali lege perceperunt Deum loqui de sustentatione ministrorum verb. i. Corint. 9. v. 1. & seq. ad 15. Ad Gal. 5. v. 6.

## II. Prohibitionem mutationis

hospitiorum discipulorum, vult autem Christus eos fungi hospitio apud homines pios & dignos, quando dixit: Manete ibi donec exietis inde, h. e. non est vobis ē domo in domum ambulare.

L. C. Ministri verbi sint graves & modesti, etiam in hoc quod dum civitates adeunt, honorum hospitio utantur, illuc maneat, cum redeunt in illam civitatem. Elias apud viduam Zarapitanam. 1. Reg. 17. Elisaus apud Samaritanam permanxit. 2. Reg. 4.

## III. Præceptum salutationis.

Cum ingrediemini domum aliquam inquit Christus, salutate illam. Et si digna est venit pax vestra supra eam, si vero non digna sit, venit pax vestra ad vos, h. e. non facit aliquam efficaciam apud ejusmodi homines.

L. C. 1. Homines sunt salutandi familiariter, exemplo eorum, qui in V. & N. T. ita fecerant, sic Apostolus in suis literis omnes salutat familiares & amicos. Rom. 16. v. 12. Per totum caput. Christus salutavit discipulos, ex mortuis postquam resurrexisset, dicens: Pax vobis. Angelus salutavit Mariam.

L. C. 2. Piæ preces pro impijs hominibus nō profundit. Siquidem isti Deum contemnunt ac vili pendunt, nihil de ipso curant, talis fuit Pharaon. Exod. 16. 17. 18. 19. Et adde historiam de Regis nupuis.

## V. Prohibitionem acceptio-

nis præmij ab impijs. Quod si non capiant vos ( ait Christus ) & audiant verba vestra, exite ab illa domo vel civitate, & excusite pulvrem de pedibus vestris. Amen dico vobis, Sodóæ & Gomorrha tolerabilior erit pena in die iudicij quam illi civitati vel domui. Indicat Christus ut nihil exigant discipuli ejus ab impijs & contemptoribus verbi sed discedant ab eis, nihil deportantes, quod & Apostoli fecisse leguntur. Act. 13. v. 29. & v. 50. 51. 52.

L. C. 1. De impiorum donis ministri verbi minime carent, contemnendi sunt tales cum suis donis. Dicendum eis, sit pecunia tua tecum in perditione. Ita quoq; Apostolus Petrus Simonem Magum exceptit offerentem pecuniam donec faciendo miraculo & conferendo Spiritum Sanctum. Act. 8. v. 18. 19. 20. 21.

22. 23. 24. Psalmio 15. Dicitur, quod is manus eius sit in tabernaculo Dei in monte ejus sancto qui ambulat sine errore, loquitur veritatem, non detrahit proximo, non malum ei facit qui impium pro nihilo habet, qui honorat pium...

L. C. 2. Contemptoribus verbi Dei ministri eorum horribile decretum est iudicium, horribiliores pena quam fuerunt Sodomitarum & Gomorrahorum: Sic enim inquit Christus in extremo die erit pena mitior illis, quam talibus contemptoribus. Ideoq; quilibet in tempore se emendet, qui talis haec fuit. Cogitet securim postam esse ad arborem quod si non fecerint fructum bonum exciduntur. Sint curæ admonitionis Psalmista. Psalm. 95. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite indurare corda vestra. Non  
ba-

Non habens vestem nuptialem in tenebras exte-  
riores eiicitur, ibi erit fletus & stridor dentium.  
Cogitent quomodo potius audituri sint vocem  
Christi, venite benedicti patris mei, possidete  
Regnum vobis paratum. Matth. 25.

Clementissime Pater Christi tibi debemus gratias  
toto pectore, quod mittas fideles operarios in mes-  
sem tuam, & illos bene volē suscipiamus, verba eorum  
audiamus custodimusq; & ipsis gratitudinem vi-  
eissim expiamus, ne propter nostram ingratitudi-  
nem verbum tuum à nobis & Synceros ministros  
auferas. Per Dominum nostrum JESUM Chri-  
stum. Amen.

Benedictio, & Claritas & Sapientia, & Gratiarum actio, & Honor, & Vir-  
tus, & Fortitudo, DEO nostro, in secula seculorum, Amen. Apoc: 7:12.

## Q U E S T I O N E S.

1. Qualia mandata dedit Christus Apostolis suis? R.

Ut certa Legatis imprimis formularis dari solet à su-  
perioribus instructio: Nihil enim turpius contestante Tul-  
lio quam sine lege juris peritum loqui, & sine mandato  
Legatum existere, ita quos ablegaturos credidit orbem  
Salvator Apostolos certis prius informat documentis,  
qualia in hoc capite quatuor postissimum ordine recensentur.

2. Quomodo intelligenda cominatio ista? tolerabilius erit  
Sodomai & Gomorai hec? Resp. Non quod ipsi unam  
naturæ legem servaverint cum Judæis, & literas propheta-  
tarum insuper & Apostolorū dicta contempserint, ut ex-  
positum à Beda: Sed quia hic non illis Evangelium præ-  
dicatum est, tam clare quam mundo Christus Apo-  
stolos prædicari jussit.